



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 9. Breui tempore transeunt Apostoli ex magna Voluptate ad maiores labores. Casus est quotidianus vt dixit Cræso Salon.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

uendo: Et hæc quid sunt, nisi ventus & aer?
 Hoc dedit olim consilium populo suo Deus
 per Isaiam: quod infra latius declarabimus,
 sufficit modo illud proposuisse. Exorditur Pro-
 pheta. *Omnes iumentorum Assyri.* Ad litteram lo-
 quitur de populo suo, oppresso, afflictio, in-
 gemiscente, & mille curis inquieto: timebant
 enim super se venturum Nabuchodonosor: om-
 nes anxii, commoti, quærentes vbi opes abl-
 conderent, personas suas loco saluarent tutio-
 ri, quis eis posse auxiliari, summa diligentia
 procurantes sibi in subsidium aduocare Ægyp-
 tios. Hos Deus inuenit: O miseros homines,
 iumenta curis & molestiis prægrauata? *Gla-*
maui super hoc: Superbia tantum est, quiesce. Alia
 littera legit: *Bulla tantum est, quiesce.* Hæcine
 vestri ratio euilatus, & plæctus? popule mi,
 quiesce, confiste, & vide, omnes hi hostes tui:
Bulla tantum est. Inter alia, bulla proprie (vt
 Varro nomat quem D. August. superextollit cæ-
 teris profanis scriptoribus, ex testimonio Ci-
 ceronis, quem hic nominat: *Omniùm facile o-*
cuisissimum, & sine vlla dubitatione doctissimum)
 est vesicula aquæ supernatans, quando pluuia
 decidit, in fossas, vel quando saponis lauas linte-
 mina, vocantur hæc bullæ saponaria, & hæc ni-
 hil sunt aliud quam ventus superficie; aquæ in-
 elusus, & is tam tenuis, vt nihil in rerum natura
 sit eo tenuius, & hoc indicat nostra lectio: *Su-*
perbia tantum est, quiesce? Superbia, significat
 hic ventum. Responde mihi: quid magis ina-
 ne, infirmum, debile, hæc bulla? Miratur insi-
 piens puerulus aquæ vesicas, saponis bullas, su-
 per iuicem glomeratas lucente sole splendidas
 & aliquid magni esse iudicat: eas vult arripere,
 adhibet manum, sed enauerunt, priusquam eas
 arripere: solo enim contactu digiti dissipantur,
 & pater nihil eas esse præter tenuem ventum fla-
 tum.

Hoc ipsum ait Deus, Popule insipiens, vt iu-
 menta, vestra conturbatio ex eo nascitur, quod,
 sicut iumenta, non attendatis, quis ille sit, a quo
 vobis bellum timetis: *Quiesce,* se pone curas, o-
 culos aperi, & vide, inimicos tuos tam inuali-
 dos, imbecilles (si talis sis, qualis debes) & ina-
 nes, velur aquarum vesiculas vel de saponis bul-
 las, nullius fortitudinis, quas vix digito teti-
 geris, & ecce euanescent, vtique venio tan-
 tummodo inflata: licet eos vt exercitum fortis-
 simum reformides, qui magnas secum vires &
 imperum ducat. *Bulla tantum est, quiesce.* Hoc
 ipsum & tibi dicit, saluos te, venti captator (a),
 quem ore, & pectore hauris quem circumqua-

que dignitatis inflat præsentio, *Quiesce:* dili-
 genter attende, quid sit quod te tam vchemen-
 ter commoueat, attende quos finis, quid inde
 tibi lucri? qualiter omnia pertransibunt vt um-
 bra, & dum ea manibus apprehenderis, in fu-
 mos enolabunt. Et tu o carnalis, totus deliciis
 tuis consecratus, qui noctes transigis, vt vesper-
 tilio, lampades extinguens, qui tuos habes con-
 tractus, qui tibi animam agunt perturbatissi-
 mam: *Quiesce,* hic siste, attende, quæ mihi inde
 messis crastina? quid aliud ago, quam somni mei-
 turbare quietem, periculis me exponere, cum
 domi meæ liceat habere Deo adiutore, quietem
 quam tot pressuris, & Dei indignatione sector
 in aliena? Tu auri cupidissime, mille technatum
 structor: qui Vitruuium in inueniendis belli
 machinis speras subtilissimum, oculis dilata-
 tis inhians pecuniis, & alienorum appetitor
 fraudulentus: *Quiesce, bulla tantum est.* Atten-
 de: si tibi magnam quid videatur, puluerem
 esse experieris, cum hic omnia sine relinquenda,
 & is quidem, qui nedum tibi gratias agent, sed
 insuper maledicent. Male pereat: quia plura
 mihi non reliquit, æternis flammis comburen-
 dus, ob id, quo filius tuus hæres fructur exul-
 tabundus, & multos molles impendis annos
 ob id, quod ipse vno temporis momento, iacti
 supponer alicui? Ergone fieri potest, vt talia te
 delicias, demergant, condement? Illa con-
 siderate: ventum percipietis: ventus est, quid-
 quid in hæc vita tibi bella mouet: *Erat ventus*
contrarius eis.

S. 9. Breui tempore transeunt Apostoli ex
 magna voluptate, ad maiores labores.
 Casus est quotidianus ut dixit Cræso So-
 lon.

MAris medio deprehensi Apostoli, remis
 laborabant: *Erat laborantes in remigant.*
 d. Omnium manus remis annexæ, pro-
 trudent, conmittuntur, repugnant ventis & tem-
 pestati: maiori conatu, quam is qui lancea sua
 in taurum concurrit: desinebant sudoris gut-
 tæ, quas digritis cederes esse crassiores. O quam
 dissimiliter occupantur modo eorum manus,
 ab eo quod paucis ab hinc horis: Vix effluxe-
 runt paucæ horæ, quando eorum manus pane
 suauissimo implebantur, quos à Christo exce-
 perant, accipiebant enim, ipsi de benedictis
 Christi manibus panem, in manus suas, in qui-
 bus multiplicabatur, diuidebant cibum, hunc
 summo.

(a) Paganus
 uento.

26 d

summa voluptate populo, licet hordeaceum, ipso manna sapidiorem, & dulciorem. Modo vero, quibus impenduntur manus? duris rebus quibus obstitunt & turbibus & morti, inter & fluos vadas anxii, & ad extremum fatigati. Quam breui dilapsus est eorum manibus panis, & quam cito in illis videntur rigidos stipites, & remos laboriosos, nec aliud quidquam manibus arripendum. Indubium hoc erat, quod tantam voluptatem exciperet extrema calamitas, vt vacinatur Spiritus sanctus

Tern. 14.

15.

Ezech. 7.

11.

Lib. 4. de

sua. 1. 1.

1.

Homundo

bona ma-

lis loctan-

tur.

Tract. 1. n.

17. 4. 17.

Hom. 9.

in Ezech.

11.

Suum

consilium

dantibus.

Ezech. 11. 2.

Extrema gaudis lucis occupat. Ad stuporem nos praeuenit Sa. omon lano; a docens, ipsa experientia factus melior: *In die bona fructe boni, & dem malum praecave.* Faustus tibi fulget dies: in diem malum te prepara, quia dum viuimus pares incedunt dies mali & boni, ac sibi interlucent: *Risus dolore miscetur.* At idem, *Crediderim, ad huius declarationem Romanorum sapientissimos* (vt notat D. Aug.) extruxisse templum duabus Deabus Voluptate scilicet, a voluptate, & Angore, ab angore dictis, quarum bina altaria adeo inter se connecebant, vt vnum tangeret alterum, & vno inspecto, patebat & alterum: quo declarabant id quod alias exposuimus: in hac vita numquam voluptatem solam inueniri, sed nec angorem, sed eadem in domo adeo sibi indiuiduas commorari, vt dum ad vnam accedis, si vel ad vnam passum processeris, occurras & alteri: nec quidquam tam constanti gaudet prosperitate, cuius extrema tristior non consequatur aduersitas.

Ex quo (vt aduertit D. Gregor.) per sanum dedit Spiritus sanctus consilium, his qui deliciis diuitis, & salute pro votis fruuntur: ne his corde nimis adhaereant, sed recordentur, delicias esse angoris vigiliam, & transacta voluptate, se ad molestias preparant anxietates. Et eodem modo consulit, laboribus, paupertate, reum indigentia oppressis, ne despondeant animo, sed credant noctibus dies succedere; sicut noctes diebus, quo fluxu continuo; tempora dilabuntur alternante fortuna: nec in eum durare labores, sed his breui superuenturam requiem quodque adeo de vna transimus in alteram: vt vix secunda fortuna ariserit, quin succedat aduersa, & hanc mox iterum melior subsequatur: *In die bonorum, ne immemor sis malorum, & in die malorum, ne immemor sis bonorum.* Diues es & opulentus. Time, ne mane tibi omnia deficient, & fieri potest, vt tibi contingat, quod infelicissimo illi, qui die vna inter byllum & purpuram splendide epulabatur, alter-

ra vero sepultus in inferno aquae guttam siti & fluans infernali, petit, nec obtrinit.

Num vxore gaudes forma venustissima, prudentissima, & filiis, pro votis dilectis: caue ne mane suboriat exanthea, quod tibi illos hinc eripiat. Num paupertate, & rerum omnium preneris inopia? Sume animos, crastinus dabit illis dies finem, perles & obdura, atertus diuitis poteris. Infimus decumbis? Exulta, & confide in Deo, crastina luce, si tibi sic conueniens, reddet optatam Deum sanitatem. *Memoro paupertatis in tempore abundantie, & necessitatum paupertatis in die diuitiarum.* A mane usque ad vespem immutabitur tempus, sicut Spiritus sanctus. Diuitis ad luxum abundas: ne fidas nimis: caue, ne tibi repentina superueniat egestas & doleas, Prospera gaudes sanitate? ne huc innitaris: caue ne crastina te prosterneat infirmitas, & contulteris: haec enim est v. cae praesentis infelicitas, quinimo & felicitas, quod nec mala, nec bona constantem habeant statum. In caelo, bona sunt perpetua, quae, qui possiderit, amittet numquam. *Qui viderit faciam illum coelum in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.* In inferno mala sunt aeterna: & ideo vocatur, *Stagnum ignis.*

Ezech. 18.

21.

Apo. 3.

12. Apo.

19. 20.

21.

27.

Sumpra est metaphora a mari mortuo, quod olim regio erat illarum quinque ciuitatum, quas caelestis ignis luxuria vltor absumpsit: modo III. stagnum, in quod Iordanis influit, cuius aquae Infernus nec fluunt, nec resiliunt, sed stagnant & haerent; cur dicatur? Et olim de eo praedixerat Deus per Isa. am: *Erit tur stagnus, cuius vasa fundatus, quam requiescere faciet.* *Domine super eum.* Porro in hac vita intermit- centur bona malis & mala bonis, alternis vicibus succedunt, tristitia & laeta, prospera & aduersa, nec tibi certiore est dies post noctem, quam post laborem & calamitates, requies & prosperitas. In inferno nox aeterna, in caelo dies aeternus, hic interfluunt noctes & dies. Hanc scientiam voluit David ut vobis indicarent nox & dies, sibi inuicem succedentes, *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* Dies diei non succedit, nec nocti nox, sed nocti dies, & diei nox; sic tu quoque, iamice, spes paupertati enim succedent diuitiae, tu time; quia diuitis superueniet paupertas: Vos sperate post tristitia laeta, vos timete post laeta tristitia; Hae vos cogitatio sapienterem reddet, ne terrenis bonis fidatis, dum ea habetis, nec in malis animum abiiciatis, quando ea patimini. Hoc ipso, vt dixit Diuus Gregoris Nazianz, seipsam in omnibus suis tribulatione

tionibus S. Gorgonia soror eius solabatur.

Orat. 11. Sæpius occurrit mihi celebris illa historia
Pined. L. 2. Regis Cæsi, omnium quos mundus vidit,
Monar. c. 4. diuissimi, qui tam potens, erat ut eius imperium
25. sedecim comprehenderet nationes. Hunc bello

laccituit Cyrus Ne波斯 ex sorore Ariona, quem
diuersis conflictibus & variis successibus supera-
tam tandem cepit, in quem ira furens, quia si-
bi resistisset, viuum cum iussit exuri. Extruitur
multis ignis bustum præ grande, ignis ad moue-
tur, incenditur, horrendos dat fragores, iam iam
illi iniciendus adstat reus: spectat ardentem ro-
gam ipse Cyrus, & mo de pectore trahens suspi-
ria, dum eum parant ministri flammis voracibus
tradere: hanc emittit vocem, O Solon, O So-
lon, O Solon. Audit eum Cyrus, & non intel-
ligens, ca quæ dicebat, eum ad se duci impe-
rat: quem sic interrogat: quid hac luctuymabili
voce intendisti: O Solon, Solon? Etat autem

Li. 2. de
ciu. c. 16.

Solon, vnus de septem Græciæ Sapien-
tibus: de quo D. Augustin. cuius sapientiam
laudat, qua leges prudentissimas Atheniensibus
præscripsit, quibus & ipsi Romani suam Rem-
publicam dixerunt. Fauebat Cræsus Sapien-
tibus, & Auctore Herodoto, illos frequentabat.
Noueris o Cyre Rex, responder Cræsus, dum
mihi omnia virgula diuina eueniunt, & ra-
faret aridens for una, dum opibus turpidus,
gloria & maiestate Regia super omnes moria-
les fastuosus intumescerem: imperavi, mihi
adduci Solonem Philosophum omnium calculo
prudens summum, quem pro posseis opibus meis
felicitate & gloria sic rogo, quem omnium
mortalium ceteris felicissimum, credens mihi
eius suffragium conferendum? Designauit
Telonem Atheniensem. Cur hunc? quia Ahe-
nis vixit, in sapientum Academia, optime in-
stituta, filijs & nepotes vidit omnium morum
genere instructissimos, quos viuos & sanos
superstitibus reliquit. Mortuus est autem cla-
rissima victoria notissimus, in cuius rei grati-
am, voce comitum, & are publico Athe-
nienses eum in ipso victoriae suæ campo mag-
notrium pho sepel. emnt. Quis post hunc cen-
sendus (interrogo) fortunatissimus? Respon-
det, Duo illi fratres Argius Cleobis & Piton:
dum enim eorum mater ad festa Deæ Iunonis
festinaret, cum boues deficerent, plaustrum
ipsi traxerant superimposita matre, vires suas
matris illa obsequio impendentes, quod fa-
ctum, quoque ad festa conuenerant, laudi-
bus in caelum exulserunt, mater vero talibus
filijs exulta, Deam supplex, rogauit: daret

28

illis, quod maximè illis conducere: & oblati-
cum matre sacrificijs coram altari subito cor-
ruerunt, quorum statuas Antiqui statuerunt in
templo Dijspis. Hoc ego, Cyre Rex, mo-
le le tuli, quia me non felicem confestat, cui
clara voce: An ergo me inter felices non an-
numeras? Nequaquam: Respondet Solon, nec
rationi conuenit, vt tu, & quotquot viuunt,
quo hic tempore viuunt, faustos vos esse ap-
plaudatis: quia licet quis hodie dimittis, reg-
nis, dominis cæteris emineat, prorsus tamen
ad ianuam stat, & in prociectu est, vt luce tra-
stina egestate & capuitate ad ima deprimatur.
Hoc ego meis tani luctuosus impensis, vt patet,
hodie experior, & ob hoc exclamai. O So-
lon, Solon! quasi dicerem. O quam bene
dixisti, & quam erat consultum; ego me tuo
consilio præmuniissem. Compungitur Cyrus:
hanc philosophiam vt securam approbat & cer-
tam, & in se reuerfus, cogitat: hic idem me
calus crastina potest luce deprimitere, vt vete-
eriam depreffit: quocirca hac ratione motus,
Cræsi sententiam reuocauit.

Hoc ipsum vobis persuadete, & recordami-
ni proprium hominis epithetum datum a Iob,
qui & hoc pro seipso, & in seipso fuerat exper-
tus: hoc esse: *homo natus de muliere, breui
vixens; tempore &c. numquam in eodem statu
permanet.* Attende, quantum facienda sit val-
tus elegantia, Domina, & tuus puella Ve-
nus, rosas color, & tua quoque, gigas for-
tissime, vires: tua quoque Cæcæ diues, o-
pes, tua quoque Salomon, gloria sublimior.
Obstipesco, breues dies hominis sunt: & cum
breues sint, plures sunt eius metamorphoses:
breui tempore magna mutationes, quia homo
ipse semper eas facit, *Numquam in eodem statu
permanet.* Sapienter comparat David dies lites
& vitam vmbra. *Dies mei sicut vmbra, declina-
uerunt.* Et iterum, *Sicut vmbra, cum declina-
uerunt, non ideo tantum; quod vmbra
numquam sultat, cum solem in cursu suo co-
mitetur; sed quia numquam certior vmbra
occasus, quam quando vespere longior exten-
ditur; vnde vulgatum axioma: quo sic nificet-
tur vmbrae interitus.*

Maires cadunt de montibus vmbra.

Numquam homo tribulationibus vicinior,
quam quando quætor; & numquam mori-
P. oximior quam quando meliori fructu sanctita-
te. Hoc ipsa experientia, a quibusdam Religiosis
qui

qui mihi conuixerunt, didici. Dum vnus mihi ait: numquam sanior vixi, quam modo, quem altero videri die iohannem, & septimo emori. Hoc quod dixit Spiritus S. Rex hodie est, & cras morietur. Contemplaris eum, qui Rex coronatur, & throno exaltatur, caute ergo eius ruinam, non post annum, vel mensem, sed cras. Cui nec c. a. stinum requiritur: de vna enim in lte an horam tales reperies mutationes, quales hodie in Apostolis obitupescis.

§. 10. *Spektat Christus Apostolos laborantes in remigando: sunt enim sancti in laboribus suis illi spectaculum peritandum.*

A 29 **I**am pernauigabant Apostoli medium pelagus, obstantes & repugnant: tempestati, & fluctibus ventis ac turbul: no mari, quod mille partibus mille dilatabat ora, vt eos inglutiret, ipsi vero contrantuntur: quantum possunt remis: velut qui concitato in pugnam tan o congregitur, contra eu us vires se baculo defendit, & propugnat. Vidit illos Christus ex monte laborantes in remigando. Hoc maxime inter alia stupent viri Dei, fieri posse o calorum Domine, vt tuos spectes periculo expositos submerisionis, repugnans, obstantes, remigantes omni brachiorum impetu, contra hostem adeo terribilem, ventos scilicet, & feram adeo indomitam, vt mare, & qui tam vehementer vnde- quaque impugnantur, vt mortis metu pene exanimantur: quos tamen sic spectas, vt non auxiliaris? Quod cor sustineret spectare in mari nauticam ad ima tendentem, & ea vectos, plangentem, gemitibus & angustis deploratos, & quis eos ex hoc eminentiori portu spectaret, qui eis posset adiecit nudentem, & periculo eos nescio qua voluptate inueteret, nec saueret? Quod hominis cor adeo ferum, vt puerulum colubre & cummispitum conspiceret, quem ille tandā si a perstringeret, nec tamen continuo accurreret, colubram interfecturus?

Hoc omnium grauissimum olim Ioseph proponebant Agypti, quando ipsi fame pe ibant, Ioseph autem haberet, quibus eis succurreret: *Cur mortemur te vidente?* Quis opinetur, vt vir piissimus, qualem te credimus, nos fame marcidos & contuentes videas, nihilominus te spectante pereamus, non succurras cum tibi suppetat, quo nobis prouideas? Hoc, ni fallo, gratis sine assigebat Iob, suis in calamitatibus & doloribus, videre se pati extrema & e contra

Deum illum contueri: vnde & conqueritur: *Si flagellat, occidat semel, & de paucis innocentium non rideat.* Cur me his miseriis oppressum derinet, & spectat patientem? *Occidat semel, & de paucis innocentium non rideat,* dum me contuetur & contrantentem & remigantem: crudelitas hæc est maxima: Verum dixerō Nerouus crudelitatem non potuisse accusari grauiorem: quam quod viderit conflagrantem Romam flammis in calam ascendentes, horribiles vndiq; ignium siagores, in cineres urbem conuectam, interim sic hæc spectet oculo nec condoleat. Num forte, clementissime Deus, tibi Nerouis viscera? Num sunt meis, feriora tua viscera: sic enim iudico: mihi tales non lucere oculos, qui hæc videant, nec opulentur: Exclamare possumus: *Vbi sunt misericordia tua antiqua, Domine?*

Duabus ad hoc Deus mouetur rationibus: primo, ad sui nominis gloriam: nostrō enim lo-
I
Duabus
quendi modo, nihil Deo iucundius, quam vi-
de causis
dere iustum colluctantem contra tempestatem, differt
& constantem ac immobiliter contra furentis
auxilium
oceanū fluctus remigantem, qui nec ad momentum dederat remos, nec cedat arenæ, nec arma proficiat, nec terga vertat, sed ex aduerso resistit: potentissimis hostibus, & fortissimis aduersariis obstat indefessus. Videre puellam formam venustiori gratissimam, sed paupertate depressam, ab impudico provocatam quæ nec promissis alliciat, nec minis terreatur, sed animo statuat vt altera Susanna: prius milles vitam facturam patiat, quam Deo desim. Alium opprobriis lacellitum, iniuriis irritatum, patientia iuuictum, choleram & insurgentes vltimis motus rationis freno coercere, qui cum
2. Reg. 16.
12.
Dauid de Semei dicat calumniatori: *Reddat mihi Dominus bonum, pro maledictione hac hodie.* Alterum pauperem, omnium rerum egenum, qui quo filios & vxorem alit, non habeat, squalida conditionis: nihilominus sanctitate præfulgentem, meritis clarum, pietate constantem, laboribus inuictum, vt dicat cum Iob: *Etiamsi occiderit me, in yso sperabo.* O quam gratum hi Deo spectaculum!

Notat ingeniosè D. Bern. verba D. Pauli. **20** **D**
Spektaculum facti sumus mundo & Angelis & hominibus. Attende (ait D. Bern.) multos habemus spectatores, Angelos bonos, & malos. *Spektaculum facti sumus Angelis & bonis & malis pariter: illos selluicet inuidia passio, illos compassio misericordie.* Illi nos vinci desiderant, hi vincere. Pannonet vos D. Greg. Nazianz. ne patens Deum hinc
Oret. 1.
abesse
L. 3.